

Ec. 13. 460



17
ORATIO MANAS-
SÆ XIII. REGIS IN REGNO
IVDÆ, QVAM CAPTVS A MERODACHO
Assyriorum Rege, & in Babylonem abductus, in
carceris custodia inter catastas & catenas ferreas
veris ad DEVM gemitibus edidit, & pec-
catorum remissionem in oculis DEI
inuenit, 2. Paralip, 33.

Autore

M. PHILIPPO BIDERMANNO
PESNICENSI.

AD PRVDENTISSIMOS ET OR-
NATISSIMOS TOTIVS ORDINIS SE-
natorij Reipub. Seruestanæ, fide, autoritate & no-
minis celebritate Viros præstansissi-
mos, Dominos & patronos
suos, &c, colendos.



LIPSIÆ, Iohannes Beyer imprimebat,

Anno M. D. LXXIX.

Iusticia iusti celeberrima fama Senatus,
Prima ministerio credita turba meo.
Sit teneam: teneat quas prouida curia curas.
AEqua librans equo pondere iura suis.
Ipse tamen veteris commotus honore fauoris,
Imparibus refero qua referenda Sonis.
Cynthius octauum duodenis mensibus annum
Aethereo solitis vertice ducit equis,
Vestram ego sacro dum iure vocatus ad adem
Iustifica obtinui publica verba fide.
Interea varijs his illis sedibus actus
Damna meo, vidi dissita rura, loco.
Nunc soceri & socrus careq; a funere matris
Incolo Lipsensis splendida recta schola,
Hic ubi deposita rediens ad dona Minervae
Tractatos calamo tracto retracto pedes?
Et mea conuersi relegens monumenta Manassae
Substitui verbis commodiora meis.
Qui Baali ut lucos sacrans, arasq; Molocho
Commeritas pœnas per duo iustra tulit.
Et commissa pio plangens peccata dolore,
Auribus accepit prospera vota suis?
Sic sacra contemnens ex alto numina Diuum
Accersit Barathro claustra parata suo.
Ast venia cupidus veniam scelerisq; precatus
Heres in aeternum regna beata colit.
Hac mihi ducta sonis vestro transmitto fauori
Mentis ut eniteant signa probanda mee.
His vestra aeternos prudentia viuat in annas
Et nostros numeros pectore & ore iuuet.

Inclit. Reipub. V. addict.

M. Philippus Biderman in Acad. Lips.

ORATIO MANA SÆ.

Alme DEVS, DEVS Vne Soli, DEVS
Vnice Coeli

Atq; Abrahæ DEVS, atq; Isaac, DEVS atq;
Iacobi

Atq; pater patrum benedictæ Stirpis ab æuo.

Qui cœlum & terram verbo omnipotente creâsti

Quicquid & immenso complectitur orbis in orbe,

Qui maris horrifonos sonitus & fluminis ortus

Prouidus umbrosa clausisti valle Creator

Atq; ob signâsti clausam telluris Abyssum

Ominis in speciem ceu summi numinis omen

Quo nil splendidius, quo nil preciosius vnquam

Quo terra & summo nil magnificentius alto est,

Quod tremit & tellus & quod styx ima perhorret

Quodq; etiâ Angelici proceres, hominesq; pauescunt

Virtutisq; tuæ â vultu trepidantq; timentq;.

Ira etenim horribilis, tuâq; implacabilis ista est

Quam peccatori statuit tua Concio legis

Gratia sed contra verè inscrutabilis illa est

Quam tua peccanti gratis clementia spondet.

Tu siquidem solus DEVS es, per climata terræ

Magnus & omne regens astrorum atq; altior astris

Longanimis, mitis, violentam & tardus ad iram

Qui cupis amplecti potius quam plectere gaudes

Et miseris vitam vere redeuntibus offers.

A 2 At

At quia Iustorum DEVS es, contritio iustis
Iusto Abrahæ, iustoq; Isaac, iustoq; Iacobo
Non à te posita est, qui nunquam crimina, nunquam
Talia te contra fecerunt, qualia feci:

Ipse sed (heu nimium) peccaui ad numina cœli
Pluraq; sunt numero mea quæ peccata peregi
Quam si totius Oceani numerentur arenæ.
Hinc incuruatus, terræq; abiectus in antra
In ferricq; cubo vinclis, membra omnia vinctus
Carceris & fermê extinctus Squalloribus imi
Vix aliquas auras capio, vix æger anhelò
Moleq; vinclorum vix iam respiro sub ista
Idq; tuam quod sic pœnis vlticibus iram
Commouî, qui te coram tot facta nefanda
Tot mala, tot diras, tot tristia scandala moui.

Ergo tibi, tibi iuste DEVS, iustissime Iudex
Vndiq; constrictus vinclis, durisq; catenis
Poplite cum nequeam curuato flectere corpus
Flecto mei cordis genua & tua numina supplex
Acclamo, veniamq; meis erroribus oro.

Ah DEVS ah tibi peccaui, tua numina læsi
Te te deserui, tua sum mandata perosus
Non Sathanæ, tibi me soli peccasse fatebor
Quæ mala, quos tristes næuos, quæ crimina dira
His nunc in vinclis, ærumnosaq; catasta
Hac in tortura, ferratis inq; catenis

Hei

Hei miser ah miser agnosco, fletuq; perenni
Cordeq; contrito & lacrymarum flumine plango.
Te rogo, te supplex oro, miserere dolentis,
Ah animæ miserere meæ, miserere iacentis
Tristibus in vinclis, tenebroso in Carceris antro
Ah scelus, ah miti culpam mihi corde remitte
Nec peccatorum sine me sub mole meorum
Succubuisse, vel hæc æterna pœna luenda est,
Æternis serua stygî cruciatibus ignis.
Sed mihi sed fer opem, fer opem mitissime Iudex
Proq; tua ingenti bonitate ignosce dolenti
Sic te seruatus, sic te laudabo per æuum
Extollamq; tuum benedictum nomen ad astra
Dum mihi vita manet, dum spiritus hos regit artus
Te siquidem tellus, siquidem te prædicat omnis
Cœlorum virtus, tibi laus, tibi gloria in æuum.

A M E N.

AD CHRISTVM.

CHRISTE DEI VIUI FILI, fons Viue salutis
Flumine perpetuæ veniæ & torrente perenni
Gratiæ inexhaustæ manans, stabilicq; fauore
Qui neq; Matthæo, peccatriciue Mariæ
Aut abiuranti tua ter sacra numina Petro
Furi Zacchæo, miseræ Samaritidi, Paulo
Aut sua cum scortis bona qui consumpsit Afoto
Dena talentorum debenti millia Seruo
Nec crucis in dextra pendentî parte latroni
Vel lapsis vnquam veniam, cœlumq; negasti
Sed patria cunctis dixisti voce, VENITE
Quos labor & labis premit intolerabile pondus
Ipse ego vos omnes vestra de mole leuabo
Tolle oculos & me clementi respice vultu
Vultu, quo dextri dignatus es ora latronis
Aspicere & plenam solamine dicere vocem
Ipse hodie mecum Paradyssi regna tenebis
En miser hic scelerum depressus mole meorum
Sordidus asto tibi, terram curuatus ad imam
Lumina peccator nec sursum tollere possum
Qui scio nil quicquam, qui nil magis hiscere possum

Quam

Quam sis : propitius misero mihi peccatori
Et scelus omne meum vasto submerge profundo,
Id supplex tua per sanctissima Vulnera, per te
Per tua te sanctæ sancte rogo funera mortis,



Quam laetitia tu miserum mihi peccatori
Et celas omne in dno velle subire profundo
Et simplex tua per sanctissima Vultura, per te
Per tua te sancte sancte rogo sancta mortis



Cl 4160

ULB Halle


3


003 485 978



mc







17

ORATIO MANAS
SÆ XIII. REGIS IN REGNO
IUDÆ, QUAM CAPTUS A MERODACHO
Assyriorum Rege, & in Babylonem abductus, in
carceris custodia inter catastas & catenas ferreas
veris ad DEVM gemitibus edidit, & pec-
catorum remissionem in oculis DEI
inuenit, 2. Paralip, 33.

Cf 1562.

Autore

M. PHILIPPO BIDERMANNO
PESNICENSI.

AD PRVDENTISSIMOS ET OR-
NATISSIMOS TOTIVS ORDINIS SE-
natorij Reipub. Seruestanæ, fide, autoritate & no-
minis celebritate Viros præstansissi-
mos, Dominos & patronos
suos, &c, colendos,



L I P S I A E, Iohannes Beyer imprimebat,

Anno M. D. LXXIX.